WALAFRIDUS STRABO
12. Jh.
Seite 32v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Contigit quadam autem die dum inconstru
endo oratorio cum fratribus laboraret. ut tabula
quedam parieti inponenda breuior ceteris men
sura palmorum quatuor appareret. Quam dum
eiusdem operis artifices uellent abicere. beatus
gallus uirtutis quam in domino sibi habebat consci
us. iussit eos abopere disiungere. et domum
ad percipiendam secum refectionem quam dominus preparauit
intrare. Quibus secundum iussionem eius faci
entibus. benedictum panem manu sua porrexit.
Post prandium autem cum omnes pariter opus repeterent
imperfectum. inuenerunt tabulam quam propter sui
breuitatem pridem abicere uoluerunt. ceteris
omnibus longiorem. mensura dimidii pedis.
Et ammiratione de eo quod euenerat habita. lig
num quod mirabili creuerat modo. in loco suo
parieti aptauerunt. Quod ipsum. longo tem
pore deinceps. a fidelibus expeditum domino facien
te dentium doloribus efficaciter medebatur.